



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

40. An Confessarius imponens pœnitentiam, etiam tempus determinando,  
post illud elapsum teneatur pœnitens adhuc illam adimplere? Ex p. 5. tr.  
13. & Misc. 1. res. 37.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](#)

## Tractatus Sextus.

334

*Secus autem si Confessarius præciperet penitentibus ie-  
niuum diebus Veneris, vel Sabbati vnius mensis  
vel anni. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 91. alias 92.*

Sup. hoc sup. §. 1. **N** Egatius respondet Thomas à Iesu en el tr.-  
in Ref. 52. §.  
vlt. & inf. in  
Ref. 45. §.  
à lin. 6. veri.  
Muy proba-  
ble, &c.

*vbi sic affirat: Dira alguno que peccado es no hazer  
la penitencia en el tiempo señalado del Confessor.  
Respondeo de ordinario es pecado venial de negligencia,  
quando sin causa se difiere, mas quando con justa  
causa se difiere, no es peccado ninguno. Sed de hac  
questione alibi dictum est.*

Sup. hoc lege  
doctrinam  
Ref. seq.

*2. Notandum est tamen hic obiter pro praxi, quod  
si in honore festi aliquius peculiaris imponat, vg.  
Confessarius ieiunium, si per impotentiam à ieiunio  
illius dici penitens excusat, non tenetur postea  
alio die ieiunare. Secus autem si Confessarius præci-  
peret penitentibus ieiunium diebus Veneris, vel  
Sabbati vnius mensis, vel anni; tunc enim qui aliquo  
dierum illius temporis non ieiunaret, teneretur in  
alio postea die ieiunare. Et ita ex Nauar. & Sylvestr.  
docet Fagundez part. 2. lib. 8. cap. 4. n. 5.*

Sup. hoc si-  
guenter ibi-  
dem, & latè  
inf. in Ref.  
41. & in aliis  
§. eius an-  
nor. primaz.

### RESOL. XL.

*An Confessarius imponens penitentiam, etiam tempus  
determinando, post illud elapsum teneatur penitens  
ad hanc illam adimplere. Ex part. 5. tr. 1. & Misc. 1.  
Ref. 37.*

Sup. hoc lege  
doctrinam §.  
vlt. Ref. præ-  
terita, & inf.  
Ref. 41. & al-  
terius §. eius  
not. & quam-  
vis pro voto  
vide tam in  
to 8. tr. 4. ex  
Ref. 14. §. 2.  
& alias Ref.  
eius annor. &  
hic sup. Ref.  
21. §. Nota  
etiam, ad  
medium.

**§. 1.** **R** Espondeo quod cum Confessarij imponen-  
tes penitentiam, etiam tempus determi-  
nando, non tam habeant rationem temporis & cultus  
eo tempore exhibendi, quam ipsius operis in le quo  
in ieiunio, scilicet in satisfactionem peccati, & per  
modum medicinae in futurum, si penitens præfixo  
tempore penitentiam non impluerit, siue culpa-  
biliter, siue absque culpa, debet proximo commodo  
tempore eam adimplere, vt tenet Toletus lib. 3. cap.  
11. num. 1. & breuiter indicat Vasquez quest. 94. art.  
2. dub. 4. n. 1. Contrarium tenet Henriquez lib. 5. c. 2. 2.  
n. 7. cuius sententia vera esse potest, quando ex cir-  
cumstantiis potest colligi non fuisse mentem Confes-  
sarij exacto tempore penitentiam obligare.

### RESOL. XLI.

*An qui habuit penitentiam ieiunandi v.g singulis sex-  
tis Feriis, si non possit illo die ieiunare, teneatur al-  
tero die ad ieiunandum?  
Et inferior, si Confessarius imponat ieiunium peni-  
tentis singulis diebus Veneris per annum seruandum  
& festum Nativitatis Domini incidat in diem Ve-  
neris, non teneri penitentem illo die ieiunare, sed  
posse ieiunium in aliis diei transference. Ex part. 9.  
tr. 9. & Misc. 4. Ref. 53. alias 52.*

Sup. hoc sup.  
in Ref. 39. §.  
Not. indum. à  
lin. 5. & vers.  
Secus autem.  
& lego do-  
ctrinam Ref.  
40. & quam-  
vis pro voto;  
vide tam in  
to 8. tr. 4. ex  
Ref. 14. &  
doctrinam §. 2.  
& alterius eius  
not. & hic  
sup. in Ref.

**§. 1.** **A**ffirmatius respondet Amicus in Cursu  
Theolog. 10. 8. disf. 16. set. 5. dub. 10. n. 93.  
vbi sic ait: Tripletter potest penitentia à Confessario  
ieiungi. Primo, vt certe die adimplenda: vt ieiunium  
pridie Nativitatis B. Virginis, Rosarium in Sabbatho  
orandum. Et hoc modo omissem penitentiam affi-  
gnato die non tenetur penitens illam alio die adim-  
plere; sed tantum de omissione dolere, eamque suo  
tempore confiteri. Ratio est: quia talis penitentia est  
addicta certo tempori, quo elapso, non amplius obli-  
gat: sicut Officium Diuinum, aut Sacrum in festo  
omissum, vel votum ieiunandi, aut recitandi Psal-  
mos determinato die, in honorem aliquius Sancti

non tenemur alio die ea perficere; quia sunt opera  
ex intentione Ecclesiæ, vel Confessarij, aut voun-  
tis addicta ad certum diem, quo elapso non amplius  
obligant; quia ultra illum non se extendit intentio  
imponentis, aut vounentis. Secundo: iniungit potest  
penitentia à Confessario ad nullum certum diem  
addicta: & tunc certum est, quolibet die eam à pe-  
nitente impleri posse. Tertio: imponit potest certis  
quibusque diebus in hebdomada, aut mense ex-  
equanda, vt ieiunium singulis diebus Veneris intra  
mensem, vel annum seruandum. Et tunc quando  
penitentia vna hebdomada, aut mense penitentiam  
non adimpleret, tenuerit alia hebdomada, aut mense  
adimplere. Ratio: quia tunc penitentia non impo-  
nitur, vt addicta ad certum diem; sed pro commo-  
ditate penitentis diuiditur in hebdomadas, vel men-  
ses, vt faciliter adimpleri possit. Ex his inferunt, si  
Confessarius imponat ieiunium penitentis singulis  
diebus Veneris per annum seruandum, & festum Na-  
tivitatis Domini incidat in diem Veneris, non teneri  
penitentem illo die ieiunare; sed postea ieiunium trans-  
ferre in aliud diem. Huc usque Amicus.

**2.** Sed nouissime nominatum contra me negavit  
sententia adhæret Pater Leandrus de Sacram. tom.  
1. tract. 5. disputat. 9. quest. 78. quia existimat quod  
communiter Confessarij relipient tempus, ac praefigant  
diem, & forte in memoriam Passus Christi  
Domini, & eius Virginis Matris. Ergo elapso illo  
die, non tenebitur penitens, cum sit onus eius in  
alio ieiunare. Sed ego non recedo à sententia quam  
\* docui.

**3.** Nec deserit hic apponere verba Castri Palae  
tom. 4. tract. 2. 3. disput. unica, punct. 2. 1. §. 4. num. 1. 3.  
vbi sic ait: Si tempus designatum à confessario, vt  
v.g. vt proximo die Veneris, vel vigiliæ B. Virginis  
ieiunes, confiteatis, aliudvè opus præfates non est  
dubium, te obligatum esse eo die exequi. At, si ob  
malitiam, vel impotentiam eo die penitentiam omittas,  
alicui videri poterit te excusatum esse; quia illius  
dici designatio in specialem Beatae Virginis, vel Pa-  
ssionis Christi Domini honorem facta est; quem ho-  
norem non respicit ieiunium alio die allsumptum,  
ac proinde cessat materia præcepti penitentie sicut  
cessaret, si obligatio esset ex voto, & alio quousque præ-  
cepto. Sic sentire videtur Fagundez de secund. Eccl. 1.  
præcept. lib. 9. c. 4. n. 5. & Faut Henriquez lib. 5. Sam.  
c. 22. in fine. Sed omnino dicendum est, p. 1. non  
cessare obligationem ieiunij, & communionis: nam  
est hoc opera eo die tibi præcipiantur exequi in ho-  
nore B. Virginis, vel Christi Passionis; non tamen hic  
finis est ultimus, sicuti est in voto, aliquè Ecclesiastico præcepto; sed est finis medius, & relatus  
ad finem satisfactionem pro peccatis commissis, & præ-  
cauendi futura. Vnde ideo cessat illius finis medius con-  
secutio, cum non cesset hic finis ultimus, & præci-  
puus, non cessat præceptum. Quod si virgas, cessat  
materia præcepti: si quidem cessat fieri ieiunium in  
Christi, vel B. Virginis honorem, qua fuit materia  
præcepta. Respondeo cessare ex parte, sed non ex to-  
to, cessare, inquam, quoad accessorium, sed non quoad  
principale. Etenim in predicto præcepto duo con-  
tentur: primum, & principale ieiunium, secundum  
minus principale, & accessorum, vt è die in ho-  
nore Virginis ieiunes: utrumque satisfactionem  
præteritorum, & futurorum medelam respicit: ac  
cessante secundo, primum consistere potest, cum  
suum finem specialiter spectet. Non igitur ex de-  
signatione temporis finitur penitentia obligatio. Ita  
Palauis ex Suarez, Coninch, & aliis. Qui tamen ab  
haec doctrina excipiunt penitentiam, quam confes-  
sarius ita tempori alligaret, vt eo transfacto, obligatio-  
nem cessare velit. Reputant autem hanc voluntatem  
habere,